ALEXANDER: PP: VI:

Dilecti filij Salut & aptlicam ben. Mandavimus vobis superioribus diebus, Ut dilectum filiu Marianum de Erosis Civem Senen, quem alias Potestatem istius nre Terre Constitueramus ad officium Poterie vre statim acceptis litteris nris admitteretis. Et licet extimaremus vos (veluti bonos subditos decet) mandatis nris obtemperaturos, tamen vos illis contemptis, eundem Marianu ad officium huiusmoi admittere recusastis, quod cum non parvam nobis displicentiam attulerit & tollerandum nullo pacto videatur, Vobis sub pena indignationis nre & Quingentorum Ducatorum auri de Camera ipso facto per vos si contra feceritis incurrenda districte precipiendo mandamus, Ut eundem Marianum statim visis presentibus ad officium dicte Poterie, eiusque exercitium admittatis cuiusvis alterius admissione seu deputatione ac ceteris contrarijs non obstan quibuscunque. Datum Rome apud Sctm Petrum sub annulo piscatoris die ij Martij MCCCCLxxxxviiij. Pont. nri Anno Septimo.

Hadrianus

Dilectis filijs Prioribus & Communi
Terre nre Aquependentis

Breve poteſtarie Mariani de roſſis

ARCHIVIO STORICO ACQUAPENDENTE